



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Catena Aurea


Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

[S.l.], 1661

urn:nbn:de:hbz:466:1-7709



Small white rectangular label on the spine area, containing illegible text.



Ioannes Georgius Rudolphi invenit.

Loffler hunc fecit.

FERDINANDVS BARO à FÜRSTENBERG
EPI SCOPVS PADERBORNENSIS
VIVAT

IN VIRTUTE ET SPIRITV PROPATRVS VI
PATER PATRIAE,



*Ic ite cur geminas legit sibi stemmatis Auctor
Non unam, aut plures in sua signa trabe?
Omnia me fallunt, nisi mens præsaga futuri
Vidit, quæ genti postera secla ferent.*



*X gemina struitur Crux Paderana trabe.
Nec plures faciunt, nec facit una crucem,
Templa Dei fulcit bina columna magis-
Rem patriæ levius trabs geminata feret.*

3.
REVERENDISSIME ET ILLUSTRISSIME
PRINCEPS
DOMINE CLEMENTISSIME.



Onferent ad hanc diem exornandā alii alia, quæ aut dignitas cujusque, aut o- pes, aut amor postulabit. Nos aliud, quàm ferimus, non decet ferre. *Catenam* ferimus, sed tuam. *Annulos* dedicamus, sed Tuos. Offerent alii, quæ sua sunt, nos offerimus, quæ Tua sunt; & quam alii ex suis, nos ex tuis speramus gratiam. Si aliena tibi placebunt, sat scio propria non displicebunt. Primos in *Catena Annulos* nectunt Illustres Natales, Avi, Proavi, Patruī, Propatruī, qui si *Tui* non sunt, non video, quid *Tuum* sit, & tamen Poëtas occinentes audio

*Et Genus & Proavos, & quæ non fecimus ipsi
Vix ea nostra puto*

Faciunt scilicet tanto acumine, ut ex propinquis alieni, ex liberis sèrvi, ex *Suis* poëtæ fiant non *Sui*. Audite Poëtæ. *Ipse fecit nos, & non ipsi nos*. Nec tamen continuo nostri esse desinimus, aut nostra porro nostra non sunt, quia ab iplo facta sunt. Credo, Poëtæ, *Domos quoque vestras*, vestras esse negabitis, quia alius ædificavit; nec vinea, nec fundos vestros dicere audebitis, quos parentes olim plantarint, conserverint, nūc vero jure hæreditario ad vos devoluti sunt. Aut si vestros titulo hæreditatis agnoscitis, erratis profecto quotquot gloriam canitis Majorumque laudes ad posteros minimè pertinere; quasi verò in adeunda hæreditate melior sit conditio glebæ, quàm gloriæ.

Proximos *Annulos Virtus* faciunt & *Eruditio* secus fortè quàm Sapientes expectarant; ii primas ubique *Virtuti & Scientiæ* deferunt; secundas Natalibus; nihil contra sapientiam admittimus si ordines distinguimus *Originis & Dignitatis*. Qui ordinem sequetur *Dignitatis*, *Virtutem* utique & *litteras* ante Natales collocabit, nos, quibus ordo magis placet *originis*, avos, proavosque, qui priores sunt tempore, jura praponimus iis, quæ tempore sunt posteriora. Parùm inter



est. quis, quem sequatur Annulus, dum *Tuos* esse ambos tueamur: *Virtus* autem & *Scientia Tua*, tam tua est, ut alterius esse non possit: Honor, Splendor, Fama Majorum & cætera omnia, quæ ad posteros transeunt, fuere aliquando aliorum: *Virtus* artesq; ita nostræ sunt, ut nunquam possint non esse nostræ. Alias res emere, vendere possumus, *Virtutes* nec emimus, nec vendimus, dominum non mutant suum: res alias invitis nobis fures, sublegere, hostes eripere possunt; *Virtutem* & *scientiam* inviti, uti nec accipimus, ita nec amittimus, sui semper juris sunt, alieni nunquam. Supra fortunam omnem injuriam positæ de possessione nunquam timent depelli, quia bona sua intra se clausa habent, nihil extrà aliis credunt, Omnia sua semper secum portant.

Sequentes *Annulos Sensus* fabricavit existimatio & commendatio aliena. Hos quoque *Tuos* esse judicamus, nō deerūt qui alienos putent, propterea quod Honor est in honorante non in honorato, quod judicia in alieno non proprio nascuntur cerebro. At nesciunt, certè nescire volunt, quæ aliena sunt, nostra fieri cum dantur. Honos ab honorante transit in honoratum, cum honorem tribuis; postquam tribuisti, tuus esse desit, illius esse cœpit, quem honoras; à te accipit, quod non habebat, sed pridem debebatur; quod autem debetur eius proprium esse dicimus cui debetur. Quare ut honorem *Virtus* aliquando non habeat, semper tamen mereatur. De iudicio quid dicam? prius honore dignum mens intus iudicat, quàm foris lingua aut manus deferat. Verbo, Honorem *Virtuti* prior tribuit animus, posterius corpus.

Ultimos *Annulos* aptant *Societas IESU & Academia Theodoriana*, utraque *Tua*, quia à gente FURSTENBERGICA utraque fundata, utraque exædificata est. Utraque *Tua* est, quia tantæ magnificentia benevolentiaque pares gratias nunquam se posse solvere profitentur.

Accipe ILLUSTRISIME PRINCEPS IN CATENA non aurum sed animum, non donum, sed donantium affectum, ut quod nostra tenuitas facit minus, tua facilitas faciat majus.

Ita rogemus

REVERENDISSIMÆ AC ILLUSTRISIMÆ TUÆ CELSITUDINIS

Clientes Devotissimi

COLLEGIUM ET ACADEMIA PADERANA,

ANNY

5.
ANNULUS I. 216
SERIES PRINCIPUM FORSTEN-
BERGICORVM.



SIC ITUR AD TERTIVM.



*V*ida quos memori virtus animavit in ære,
 Cusa docent claræ nomina clara Domus.
 Primus hyperboreis Livonum bellator in armis
 WILHELMUS, Rigã Marte favente domat.
 Alter, ubi lætis spatatur Padera campis,
 Audit adhuc PATRIÆ post sua fata PATER.
 Implevit tanti THEODORUS nominis omen.
 Mille uno in dono DONA fuere DEI.
 Tertius accedit magnis Heroibus Heros
 Non minor, hoc maior, quod cito sceptrâ capit
 Tertius accedit, dum tentò dicere nomen,
 Phœbus ait, nomen carmine maius habet.

FERDINANDVS
 FURSTENBERGICVS.



B

ELO.

ELOGIUM PRINCIPUM.



Elices sunt Domus, è quibus intra tria secula unus eligitur Princeps;
 Felicioꝝ Domus FURSTENBERGICA, è qua intra unum seculum
 tres prodiere Principes.

WILHELMUS,

MAGISTER LIVONIAE,

MAGNVS OMNINO PRINCEPS, QVIA A MAGNIS ELECTVS

Principatu non casu adiit, sed consilio.

Is postquam MAGNA gessisset,

atque in Ordine esset

MAXIMVS,

Seipso factus est major,

Quando factus est seipso minor;

Quando annis ingravescentibus abdicato Magistratu se se æquavit

Superior inferioribus,

atque ex Principe maluit privatus,

quam ex privato Princeps mori.

THEODORUS,

EPISCOPVS PADERBORNENSIS.

Vir laude nostrâ major,

Cujus facta quia vincunt VERBA

pro verbis ipsa erunt facta. JL

Quot patriæ munimenta, tot OPTIMI PRINCIPIS monimenta;

Muta saxa in laudibus THEODORI sunt vocalia.

Loquuntur Castella

tutandi populi studium;

Collegium & Academia

Religionis & Iuventutis curam;

Locupletatæ Ecclesiæ, & Parthenones

Regiam munificentiam,

Quæ singula magnos ornârunt Principes,

Quantum putas collecta unum ornabunt Principem.

FERDINANDUS

Virtutum & laudum Hæres, ejusdem sanguinis II.

EPISCOPVS PADERBORNENSIS.

Quæ etiam tum privatus egit in teatro orbis

Cum plausu spectavit Roma, Vienna, Ratisbona.

Nunc PRINCEPS optima auspicia, & maximas ostendit spes,

Maximas posteri laudabunt res.

ANNV-

ANNULUS II.
ARBOR GENEALOGICA.

217



SIMILIS DE STIRPE PROPAGO



*Non fert degeneres arbor generosa Nepotes,
Nec pulcræ sobolem stirps inhonora parit.
Non abies cerasum, non educat esculus uvam,
Nec duræ è quercu mollia poma leues.
Non strobilos morus, nõ fundit amygdala glâdes
Non steriles baccas Palladis arbor alit.*

*Est & in arboribus gemini gloria succi,
Ingenitusque suæ nobilitatis amor.
Ex ficu ficus, olea nascuntur olivæ;
Et pyra ferre pyrus, malaque malus amat.
Haud aliter nobis de Principe sanguine Princeps
Et simili similis stirpe propago venis.
Nescit degenerem stirps FURSTENBERGICA prolem,
Tot parit illustres, quot parit illa viros.
Seu qua Livonicas ramos extendit in oras,
Seu qua Westphalicis brachia pandit agris.*

B 2

Ex

Ex Fructibus eorum cognoscetis eos.



Non mirabor dehinc cur Poëta homines arboribus, arbores hominibus comparatint, cur Plato descripturus hominem, descriperit arborem inversam, cur denique nobiles arborem familiae proponant in multos diductam ramos, cum Avos Avorum, Nepotes Nepotum, spectandos proponunt: vidit hoc, cum primum vidit, cæcus Evangelicus Marci. 8. *Video inquit homines velut Arbores.*

Dixit clariùs incarnata Veritas, quando malis arboribus malos homines, bonos bonis componebat, & mores itidem ingeniaque arborum internoscebat ex fructibus, ut hominum ex operibus, Veritatis sequar iudicium, Principes arbores, ad Principes exigam fructus seu opera. Opera video tam belli quàm domi fortia, admiranda, magnifica, Principe digna.

WILHELMUM video inter ORDINES discurrentem militares, aciem instruere, manus cum hoste conferere, ferrum, ignes jacere, urbes arcesque expugnare, nihil negligere, quæ Mavortium Principem deceant.

THEODORUM video mansuetiore natum ingenio, arma invitum sumere, sumpta non invitum ponere, pacis studia bellicis antepone, jura populis dare, provincias quietè gubernare. Parva sunt isthæc multisque Principibus communia, proprium est, quod labentem RELIGIONEM humeris suis novus Atlas sustentavit, quod templa & aras pristino nitore restituit, redditus proventusque Ecclesiasticos auxit, sacrâ, quâ par est, majestatem & splendore decoravit. Inde ad *Rem Politicam* conversus curam ante omnia formandæ juventutis suscepit, quod *Primum esse in Republica & medium & postremum* Plutarchus docuit, primum opinor, quia uti à fundamentis firmitas domus, sic à moribus juvenum salus pendet Republicæ; Postremum quia is Rerum publicarum præcipuus debet esse finis: quare idoneos literarum tam severiorum, quàm humaniorum evocavit Doctores. Doctoribus Collegium, juventuti Academiam eleganti opere extruxit. Votorum compos sapientiam in sua urbe philosophantem audivit, quæ antea in remotis tantùm audiebatur urbibus: opes magno Civium dispendio ad exteras Academias exportari solitas, maiore compendio ab exteris in Academiam Urbemque importavit Paderanam; securitati publicæ tranquillitati que consuluit, quando arces & propugnacula opportunis locis venturo hosti objecit.

TERTIUM PRINCIPEM FERDINANDUM video magna animo volentem, nec tam sollicitum ut parta tueatur, quàm ut nova ipse adjiciat: jam tum circumspicit quid Ecclesiis ornamenti, quid Religioni præsidii, quid Patriæ emolumenti, quid Academiae addat splendoris. DEUS

NOVI PRINCIPIS vota conatusque secundet, &
Ecclesiæ, Patriæ, Academiae optatissimum Antistitem diu servet incolumem,

ANN V

A N N U L U S III. 218
FAMA VIRTUTIS ET ERUDITIONIS.



AFFVSA PALLADE FVLGET CLARIVS;



Illustris ille, docta cui præfert facem
Inerte pulsâ nocte Musa. Illustrior
Cui Diva prælux ambulat
Virtus, & haustos cœlitus
Radios in ora spargit. Illustrissimus
Cui diva Virtus dexterum claudit tactus
Lævumque Musa, mutuo
Potentiores lumine.

Illustris ille; quia subar spargit solo:
Illustrior sed ille; quia spargit polo:
Ast iste, toto quia solo
Totoque quia fundit polo,
Utrâque luce clarus Illustrissimus
Est ergo FERDINANDUS Illustrissimus.



LUCERNA ARDENS ET LUCENS.



Ec omne quod lucet ardet,
 Nec omne quod ardet lucet;
 Quæ ardet & lucet lucerna
 Lucerna est Evangelica.
 Ardor solus ad se, Lux sola ad alios pertinet,
 Quisquis sibi studet, ardet tantum,
 Quisquis aliis, lucet tantum.

Ambo separant quod Deus conjūxit,

Ambo lucernam dissipant,
 Quisquis tibi studes,
 Lucernam habes, sed sine luce,
 Lucernam habes, sed sub modio,
 Non luce tenebras, sed tenebris fugas lucem
 Lux tibi pro tenebris est.

Nam quid sepultæ distat inertiae celata virtus?

Modiustus ignem non accendit sed extinguit;
 Nec mirum quia fatuum intus habes ignem,
 Qui suo se ardore consumat, non conseruet,
 Fatuum habes ignem, quia invidus

Radios in se resorbet, ne alio effluant,
 Et perire sub modio mavult, quam publicè prodesse,
 Non olenam tantum, sed flammam etiam & lucem perdit,
 Qui sibi student

Omnia agunt ut sciant

Cum sciunt, nihil agunt nisi ut intra se abdant.
 Ita sciunt omnia, ut nesciant omnia,
 Sibi scilicet docti, sibi prudentes, nulli alteri.

At vero SAPIENTIAE Cathedra convenit, non latebra;
 Candelabrum lux postulat, non modium,
 Publicæ utilitati nata est lux, non privatæ,
 Aliæ qualitates ad unum feruntur locum
 Gravitas deorsum, levitas iursum

Lux omnium decus

Ad omnes locos se diffundat, necesse est.
 Peccant in naturam, qui uni loco includunt

Qui ponunt sub modio.

Melior, prudentior, virtus tua & eruditio

ILLUSTRISSE PRINCEPS

Radios non Romæ solum sparsit, sed urbes etiam lōginquas
 Lustravit, an illustravit?

ANNV.

ANIGMA SYNCHRMATICVM

INAUGURALI SOLEMNITATE

D. FERDINAND

FVRSTENBERG

EPISCOPI PADERBORNENSIS

SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPIS,

COMITIS PYRMONTII, &c.

DOMINI SUI CLEMENTISSIMI,

MERCURIO SUSPENSVM

DRAMATE SOLVTVM,

A Pranobili, ingenua, & erudita iuventute,

ALMA AD PADERAM

THEODORO FURSTENBERGIO

Fundata Universitate

Societatis Jesu

MDCCXXI. Die VI. Octobris.



PADERBORNE

NA DAVID

1721

11

ARGUMENTVM.

Mercurius à Pallade missus, ad ornandam PRINCIPIS augurationem, anigmataliterarium, sive Epigraphen, li- is ad PRINCIPEM datis, per elementa initialia, inscriptam, endam, solvendam Academicis suspendit. Academici, o sua singuli facultate solliciti, variâ eruditione, anigma- plicant. Totum drama in tres actus divisum est. 1^{us}. Quis, cui literæ mittuntur, PRINCEPS. 2^{us}. Vbi terrarum inqui- ndus sit, docet. 3^{us}. denique, variis variorum gratulatio- bus, invento PRINCIPUM applaudit.

ANIGMA HOC EST
K. L. G. D. F. A. F.
E. P. V. N. H. S. R. M. O. R. I. T. O. R.
I. P. C. P. D. S. C.

Inhalt.

Es wird Ihre Hochfürstl. Gnade in drey unterschiedliche/ gelehrte/ und herrliche Theile/ von dem Jhr. Universitet Jugend/ ge- theilt und verwillkompt.

PROLOGVS. MERCVRII

Premiâ dramatis explicatione, Spectatores rei gerende novitate suspensos, musica solatatione conciliat.

ACTVS PRIMVS.

Erster Theil.

Es kommen die sämptliche oder untere Schulen/ durch scharffsinnige Erörterung einer wunder- lichen Frag/ in Erkantnis ihrer grädigsten Land- Fürsten und Herrn.

CENA I. Mercurius per Musicos à theatro prohibitus, aperto viaditu, literarium anig- confluentibus undique Academicis, pro variis Academicis, solvendum suspendit. Dro- mus tabellarius, se lusum ratus à Mercurio, abeuntem diris insectatus, in legendis literis, demicorum opem poscit & impetrat.

CENA II. Consulti à Museo ac Philomuso Grammatici, alius castrenses: alius singulatas indicat literas: eliciuntur à quolibet sensus rei, quæ geritur, idonei; Sed ab eo feliciter, regularias esse censuit. Obscuriorem literam antiqua PRINCIPUM FÜRSTENFR- UM moneta explicat Antiquarius.

CENA III. Dromalus audita post siparium Grammaticorum sententiâ, in nomen PRIN- cipis curiosus indagat; cui mox Museo, ac Philomusus, Anagrammatistarum ad nu- mero salu, nomen utrumque, non sine varijs omnibus feliciter evolvorum representant.

CENA IV. Poëta repertum in PRINCIPIS Insigni utrumque PRINCIPIS nomen, ac raro commento, Dromalo exhibet, quæm, secuti subinde alij, alijs symbolis, de PRINCIPIS plenius informant.

CENA V. Eodem alludunt, Pastores Melibeus & Corydon, Pastorali Ecloga, & vario si saltuq; Fauni, partim Fisticines, partim didicines, & Cantores. His allectus in Ducomontio Domino, servire statuit.

CENA VI. Museo Dromalum, Poëticorum arcanorum adhuc rudem, & incapacem, veterum commenta clarius edocet.

CENA VII. Rhetores Grammaticorum opinonem, duabus inscriptionibus com- muni loco am, in quo PRINCEPS habitat FÜRSTENBERGICUS sollicitum, ad

ACTVS SECVNDVS

Zweiter Theil

Die höhere Schulentzun dergleichen / treffen aber adber zum Zweck / erklärende aufgegeben
Brag also / das man an ihrer Hoch Fürst. Gnaden Erstantus mehr nicht zweiffle.

SCENA I. Dromalus Logicorum argutis variè implicatus, & illusus, ad Geographo-
locorum, in quibus homines degant peritiores, amandatur: castigatã prius temeritate, qu
se nimis præfidenter, Philosophorum arcana immiscuit.

SCENA II. Geographus à Musæo ac Philomuto consultus, conjectat sedem qua sit PRIN-
CIPIS, esse in Dicecesi Paderbornensi; Viam hinc radio designat.

SCENA III. Astrologus à Geographo accersitus, quæ Dromalo proficiscenti, circa horizon-
tem Paderbornensem observanda sint; docet.

SCENA IV. Musici ex literis conjiciunt, PRINCIPEM esse non tantum Philomusum; verum
etiam Philomusicum; quare eidem pluribus Socijs musicè convocatis, junctis paulatim
vocibus, suaviter admodulantur.

SCENA V. Dromalum, de Musæi ac Philomusi perfidia, immerito querentem, Geomet-
ta consolatur spereditus; & quo facilius PRINCIPEM repenat, PRINCIPIS insigne donat. In
tabellam ratione Geometrica contractum.

SCENA VI. Academici idem insigne saltu stridulum brevibus Grammaticis explicis
symbolam ce

SCENA VII. Arithmeticus suam quoque ad ænigmatis ex- Paderborn

SCENA VIII. Physici varias producant notas, quo fati
Dromalus, ab alijs regionibus internoſcat.

ACTVS TERTIVS

Dritter Theil

Zeigt endlich vor Augen den Voll-Ermöglichten und Verfertigten Bischoff / Lande Fürst
Derm / H. FERDINAND Freyherrn von Jassenberg / in wünschet sein Glück
Wohlfahrt und langes Leben.

SCENA I. Dromalus curis aliquando solutus, ac satis, ut putat, ab Academicis illi statu
Paderbornam versus, ad PRINCIPEM, iter adornat; verum retractus ab Eclitico, Rustico
inurbanos mores dedocetur.

SCENA II. Mercurius Academicis, ob felicem Ænigmatis explicationem, commendat
literas ad inurbano Drom. receptas, PRINCIPIS coram exhibet.

SCENA III. Interim Musici Patriam ad plausum, musicè invitant, quem illi mox a mu-
suspicantur.


SCENA IV. Principi Patriæ status per Genios suos, sua singulari oratione PRINCIP-
nova dignitate atque adventu breviter gratulantur.

SCENA V. Eodem genere obsequij, singularum æriam gehijs stipata, munus suum pera-
Academia.

SCENA VI. Quatuor Fluvij, Padern, Dimata, Lu, Alma, Genio Patriæ præcu-
sus PRINCIPIS munera deferunt & obsequia.

EPILOGVS

Spectatorib; musicè valedicis



SYLLABVS ACTORVM.

EX DD. MAGISTRIS.

1. Agladius Broker Widenbrugenſis, *Dromaius, Tabellarius, Mercury.*

D. Ernestus Theodoruſ Wulff Mendeſis, *Muſicus, Phyſicus.*

EX DD. BACCALAVREIS.

1. Arnolduſ Michael Libarſch Arnsbergenſis, *Melobogus, Ethicus.*

• Chriſtophoruſ Holtgreve Lipſtingenſis, *Mercurius, Faunus.*

• Everharduſ Gobell Paderanſis, *Muſicus, arithmeticus, Ethicus.*

• Henningiuſ Chriſtophoruſ Heſſe Goſlarieſis, *Michicus, Faunus, Geographicuſ.*

• Georgiuſ Baldholtz Delbrugenſis, *Aſtologuſ.*

• Joanneſ Henricuſ Grondorff Murrathienſis, *Galtheruſ.*

D. Martinuſ Thonen Feldeſenſis, *Hyſticuſ.*

EX LOGICIS.

Henricuſ Witte Hornenſis, *Uniuſ Academicuſ.*

• Henricuſ Juliuſ Jödeman Weſenſis, *Logicuſ, Geniuſ, Philoſophuſ.*

• Joanneſ Friling Werlenſis, *Logicuſ, Faunus, Eboruſ, Ethicuſ.*

• Joanneſ Georgiuſ Menſch W. ſenſis, *Grammaticuſ, Logicuſ.*

• Ignatiuſ Honkamp Forwickuſ, *Prologuſ, Epiloguſ, Geniuſ, Noniſtatuſ.*

• Joanneſ Koope Lengricenſis, *Logicuſ, Geniuſ, Capituluſ.*

• Joanneſ Fincken Dalbruſ, *Homuſuſ.*

EX RHETORIBVS.

• Joanneſ König Tille

• Joanneſ Sewalt Hoſe

• Joanneſ Weſenſis, *Logicuſ, Geniuſ, Philoſophuſ.*

• Joanneſ Salatenſis, *officiuſ.*

• Joanneſ Nibemenſis, *Logicuſ, Ephebuſ.*

• Joanneſ Nibemenſis, *Grammaticuſ.*

• Joanneſ Breckenſis, *Muſicus, Faunus.*

• Joanneſ Wucke Warſtenſis, *Grammaticuſ.*

• Joanneſ Cobi Hildeſienſis, *Logicuſ, Anagrammatuſta.*

• Joanneſ bertuſ Kramm Auſteroldendorpienſis, *Muſicuſ.*

• Joanneſ en Türpenſis, *Academicuſ.*

• Joanneſ urgeruſ Hauſche Geſekenſis, *Poeta, Anagrammatuſta, Choruſ, Ephebuſ.*

• Joanneſ Fridrichuſ Reck ex Steinſiedel, *Logicuſ.*

• Joanneſ Innuſ Saleſionuſ Libyſch Mayer Paderanſis, *Logicuſ, Choruſ.*

EX POETIS.

• Joanneſ Arnolduſ Schöneberg Sonſbrugh Biſſefeldienſis, *Poeta, Anagrammatuſta, Geniuſ, Patriuſ.*

• Joanneſ iſtianiſ Heknuſ Liechtenſienſis, *Muſicuſ.*

• Joanneſ ſtophoruſ Lemmerholt Paderbornenſis, *Faunus.*

• Joanneſ alteruſ Memmering Dringenbergenſis, *Choruſ.*

• Joanneſ iudiuſ Auguſtinuſ Meinſophuſ de Brecken ex Wever, *Choruſ, Poeta.*

• Joanneſ inuſ Blanckebel Liechtenſienſis, *Corydon.*

• Joanneſ inuſ Theodoruſ Hillm Detmoldienſis, *Poeta.*

• Joanneſ dorus à Lehu ex Uſſelen, *Choruſ.*

• Joanneſ dorus à Henricuſ Pieterberg Saltkorenſis, *Choruſ, Ephebuſ.*

EX SYNTAXIS.

• Joanneſ nuſ Hartman Borgerſienſis, *Muſicuſ, Faunus.*

• Joanneſ ſtianiſ Hirtfeld Paderanſis, *Anagrammatuſta, Ephebuſ.*

• Joanneſ ſtophoruſ ſtophoruſ Toxanteſ Holtgreve Pad. *officiuſ, Anagrammatuſta, Ephebuſ.*

• Joanneſ uicuſ de Brecken ex Wever, *Anagrammatuſta, Choruſ, Ephebuſ.*

• Joanneſ nuſ Feſdinandus Gaudenſ. ab Hörde ex Eckerfelde, *Anagrammatuſta, Choruſ, Ephebuſ.*

• Joanneſ Georgiuſ à Schade ex Völlinckhaufen, *Anagrammatuſta, Choruſ, Ephebuſ.*

• Joanneſ Koch Paderanſis, *Ephebuſ.*

EX SECVNDI.

• Joanneſ quilielmuſ ab Hörde ex Eckerfelde, *Anagrammatuſta, Ephebuſ.*

EX TERTIANI.

• Joanneſ de Lippe Vinſe, *Anagrammatuſta, Ephebuſ.*

• Joanneſ meſenſen, *Uſen.*

ii.
ANNULUS IV. 221
VIRTUS ET ERUDITIO.



VIRTUS ET DOCTRINA



Quæ precium ex precio, non vulgi ex ore merentur
Sub duplici clausas clave tenemus opes.
Fabricat hanc Virtus, illam Sapiencia: felix
Ambas quisquis habet; iuvenit una parum.
O Paderæ Princeps quam clave beatus utraq; es,
Ecce patet votis Orbis uterque tuis.

A L I V D.



Huic Puer, unde domo, quas quæris penniger oras?
Quæ nova sceptrâ manus, quæ nova regna ferunt?
Signifer è Cælo Paderam Præsulis adsum,
Huic ego sceptrâ fero, quæ fero sceptrâ manu.
Dextera dat Lævæ, dat Dextræ Lævæ decorem
Fura dat illa Polo: Fura dat illa Soto.



C 2

ERU.

ERUDITA VIRTUS.



Omerus Jovi Catenam affinxit, quæ coelum terramque con-
 teret; quam Iovi Homerus falso tribuit, verius
 iis tribuemus, qui sacra profanis, cœlestia ter-
 renis, virtutem literis conjungunt, nec induci
 se sinunt, ut aut neglectis literis solam virtutem,
 aut neglectâ virtute solas sectentur literas. Sci-
 unt, opinor, doctos, sed parum pios, majore
 suo periculo, quam aliorum bono literas tra-
 ctare; sciunt pios, sed parum doctos, sibi solis,
 & nulli prodesse alteri: ipsi majoribus aucti animis cœlum nolunt intrare soli,
 totam volunt post se terram trahere. Sola virtus se solam, non alios juvat, solæ
 literæ nec se, nec alios, *Literata virtus* & se, & alios beat. Sola virtus, quam-
 vis sibi sufficiat, mirabiles tamen à literis ducit vires: sine literis ignavam esse vir-
 tutem putes, cum literis vim roburque suum sine mora expromet. Equum vide
 quod dico, videbis. Singularis ambulat ille quidem, sed sibi ambulat, alligatus
 ad rotas, pari passu se, vectoresque impositos promovet. Navem vide sine re-
 mis, sine velis, ita illa quidem, sed agrè, instructa remis, instructa velis volat non
 ipsa solum, sed volant cum illa vectores quoque. Nihil solæ possunt rotæ, nihil
 cum malo vela multum admodum efficiunt, plus virtus copulata literis, certè a-
 lacrius faciliusque efficit, quia illa ab extrinseco, à ventis, à fluctibus &c. mo-
 ventur ut *violenta* solent, virtus vero ab intrinseco se movet, ut *spontanea*.
 Verbo, illa vi, hæc voluntate animique impetu agitur. Illa in horas languidiora
 fiunt, hæc seipsa in horas vivacior evadit. Mira virtutis & scientiæ unio, atque
 haud leio, magisne mira sit, quam tot seculis mirantur Philosophi, corpus inter
 & animam unio: nam, uti corpus sine anima nihil, cum anima sentit, videt, au-
 dit, gustat, olfacit omnia, ita scientia sine virtute nihil, cum virtute tentat, audet
 omnia. Ut qui virtutem literarum animam dixerit, næ ille verum aut verosimi-
 le dixerit. Pretiosiore *unionem* nec terrâ, nec mari uspiam reperias.

Penestee esse unionem REVERENDISSIME & ILLU-
 STRISSIME PRINCEPS, non Paderana solum, sed omnes norunt
 Academiæ, in quibus studiorum causa versatus es: norunt quotquot dulcem pie-
 tatis fœcum austerioribus literis semper miscuisse norunt, atque Academiæ,
 non velt bonarum tantum artium, sed bonorum quoque morum
 palætras obiisse. Norunt viri Pii, Doctique, qui suas TIBI,
 quibus TUAS inscripsisti lucubrationes.

ANN V.

13
ANNULUS V.
EXISTIMATIO.

222



A 'SUMMO SPLENDOR:



*U*nitet in terris, defluxit ab æthere splendor:
*E*micat à summo, quicquid in orbe micat,
*A*spice, quæ cæcas solantur lumina noctes,
A summo lumen, lumina noctis habent.
*A*spice, quæ vigilem revehit *T*ithonia solem:
A Summo *P*hæbum monstrat adesse suum,
*A*spice vere diem detersâ nube serenam,
*N*i fluat à summo, nulla serena fluit,
*N*ec tantum summis *P*hæbi micat ignibus æther:
*E*t sua sunt imo, lumina summa solo.
*A*spice tergemino sociatos vertice montes,
*Q*uam claro summus sidere lucet apex!
*N*on modo *R*omuleos implet lux aurea clivos,
*A*ngarictis etiam lux venit inde iugis,
*S*cilicet à summo splendor, nil lucis ab imis
*S*pera: lux summo vertice summa micat.



D

OCU-

OCULUS DOMINI.

Sapiens consilium est raro sapientis Epicuri,
Sub oculis vivendum esse boni viri :

Quia virtus non minus in alios, quam in se potens,
Ut sua fugit, sic aliena fugat vitia.

Sive, quia visa virtus virtutem accendit,
ut carbo carbonem,

Oculos porro in hanc rem alii Socratis postulant, alii Catonis,
Ego neutrius.

Propterea quod oculi foras, virtus & nequitia intro spectant.

Non opus est malitiam oculi, ne videant oculi,

Per se occulta nec lucem, nec colorem naturam suam admittit.

Et si quando foras exit, non deest turpi speciosa larva,

Qualis scilicet est, videri non vult; qualis videri vult, non est,
Pulchra non esse, videri tantum contenta,

Dum vitia mutat, non cum virtutibus, sed cum vitiis;

Dum Socratis oculos fallit, falsitatis securus.

Alius nobis opus est, quem nullum lateat secretum.

OCULUS DOMINI.

Quem homo, qui hominem semper presentem habeat :

Oculum Domini non falles, qui serorum oculos fallebas,

IN SUMMO positus est :

Vnde tam facile omnes videre, quam ab omnibus videri possit.

Oculum Domini quæris in cælo? videbis in Christo.

Oculum Domini quæris in terra, videbis in Christi Vicario.

UTRUMQUE IN SUMMO.

HUNC COELO, hunc MONTE.

Quis oculus in vertice montium, nisi CUSTOS MONTIUM?

Certè non alium sibi CUSTODEM imponebat PRINCEPS MONS.

Profuit sine dubio vixisse

SUB* OCULIS DOMINI SANCTISSIMI.

Qui sanctitatem in omnes quidem propius verò in domesti-
cos diffunderent.

Qui tales oculos revereri didicit, citò REVERENDUS fuit,
imò REVERENDISSIMUS.

Ex Brevi Apostolico ad R. disjunctum Capitulum de 4. Junii 1661.
Quippe qui pietatem, prudentiam, zelum, cæterasque virtutes omnes eximio præ-
stare dignas in eo longo SUB OCULIS nostris experimento cognitas & perspectas
habentes confidimus fore, &c.



ANNULUS VI.
CONVERSATIO.

223



PRODEST MONTI VICINIA MONTIS.



*Adera confusis ibat turbatior undis,
Et raucum querulo murmur ab ore dabat.
Cur nostris habitare iugis Lenæe recusas?
Cur nulla in nostris vallibus uva rubet?
Ecce maritamus lupulis pro vitibus ulmos,
Pro Baccho, torquet viscera, cocta Ceres.*

*Sic fatus; geminos cernit se tollere montes,
Hic ut astra super, presior iste stetit.
Presior at circum generosæ fertilis uvæ
Ridebat pictis sole coquente botris.
Hæsit, & insolito complevit littora plausu.
Unde meis dixit gloria tanta iugis?
Nondum flava Ceres posuit sub falce capillos,
Et mihi purpureis pingitur uva genis?
Dixit, & oppositas vidit velut Alpibus Alpes,
Indeque Phæbeas transfuisse faces.
Prò quantum (clamat) monti vicina montis
Prodest? quos tulit hic, excoquit ille botros.*

D 2

MAG.

MAGNUM BONUM A VICINO BONO.



Agnum malum à vicino malo, quidni magnum bonum à vicino bono? majorne est nequitiae vis in pejus, quam virtutis in melius? si animum vitia depravare, quin virtus possit corrigere? animus noster bonaeque ac mali capax, & ad utrumque veluti indifferens contrariis hominum studiis vel ad bonum erigitur, vel ad malum deprimitur. Non placet, quod Horatius de animo hominis prodidit.

Cereus in vitium flecti

Scripsisset si non meliore, certè pari jure, Cereus in bonum flecti, quia plura in animis nostris ad virtutem video, quàm ad vitium adjumenta, scintillas & igniculos virtutum natura in nobis accendit, non vitiorum: Impetus ad honestum impersit majores, quam ad turpe, quando nemo tam malus est, quin bonus videri velit. Synteresin (quam vocant) præterea pectoribus nostris insequitur, quâ docti juxta & indocti, pueri & senes bonum inter & malum rectè dijudicemus. Ipsa voluntas natura sua bonum amat, malum odit, ipsi fures injustitiam oderunt, si non in se, certè in aliis, à quibus injuriam acceperint: ipsi adulteri castitatem amant & venerantur in aliis. Quod nihilominus major pars hominum in malum propendet, non à natura, sed à prava est educatione. Si plura virtutum exempla in oculos puerorum incurrerent, quam incurrunt vitiorum, si magis laudaretur, æstimaretur virtus, quam opes, quam honores, aliaque crepundia, putasne tam parvum fore, quam est virtutem sectantium numerus, Nunc autem quando sensibus sese passim ingerunt superbiæ, avaritiæ, gulæ, luxuriæ &c. simulacra, proni sunt sensus hominis in malum. Plus sensui tribuimus, quam rationi: ideo pecorû ritu sequimur antecedentium gregem; pergimus non quâ eundum est, sed quâ itur; malumus aliis credere, quam ipsi de rebus judicare, optima rati ea, quæ pluribus placeant. Vita autem non ad plura sed saniora suffragia est componenda, ne in sententiis quidem ferendis attendas, quam multi, sed quam sapientes consentiant aut dissentiant; in moribus verò formandis ipsa multitudo præeuntium suspecta esse debet, quia virtus, uti sapientia paucorum est, non multorum. Præstat unum sequi bonum ducem, quam exercitum errantem. Felix ille qui optimum, qui sanctissimum nactus ducem, nunquam à latere, nunquam ab oculis discescit, quantò illi arctius inhæsit, tantò longius à vitiis abivit. Nam cui ob oculos sanctitas versatur & virtus, quomodo potest amare vitia? virtus, ait Plato, si oculis cerneretur, mirabiles sui amores excitaret: vidit autem ante oculos vivam spirantemque virtutem, mirum ni amaret, ni imitaretur. Virtus audita suadet tantum, visa cogit etiam imitari, nam (ut ferè fit)

*Segnius irritant animos dimissa per aures,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.*

Plus semper oculis nostris quam auribus credimus.

ANNV.

176
ANNULUS VII. 224
GRATULATIO SOCIETATIS JESU.



NON VNO DEVICTVS NOMINE.



*S*as mitrate GENI popularibus altior auris,
Lata favet tellus, sidera leta favent.
Ipse ego, quem nosti, meritos tibi grator honores,
Te sine, cui durum est vivere, dulce mori.
Per te multiplici mihi certat Apollo Camœnâ:
Te sine suspensis dormiet ille lyris.
Per te cultanitet pietas, altaria tucent:
Te sine sacrorum, calce premetur, honor.
Per te magnificis surgunt mihi tecta columnis:
Te sine, magna domus, magnus acervus erit.
His, per te, foribus gravior prohibetur egestas:
Huc, sine te, tremulos inferet illa pedes.
Per te victa meis advolvitur Hæresis aris:
Te sine, Lerna novum virus ab ore vomet.
Fure igitur tibi, noster amor, gratamur honores:
Cur ita? qui tuus est, est quoque noster honor.



E

CO-

COLUMNA GRATITUDINIS.



Beneficia saxo inscripturus quæ minimæ Societati maxima
 Obtigerunt à gente Furstenbergicâ,
 Quæro columnam rebus capiendis parem,
 Omnes invenio incapaces, impares,
 Quæro rebus pingendis aptos colores,
 Omnes reperio ineptos, decolores.
 Quæroliteras scribendis beneficiis idoneas,
 Nec literæ columnis, nec columnæ literis sufficiunt
 Literis opus est TIBALIBUS,
 Ut à TRABIBUS profecta consignem beneficia,
 Columnâ opus, quæ cælum tangat terramque:
 Nam & beneficiæ cælos tangunt terrasque.
 Cum Religioni propagandæ Collegium posuit in terris
 Urbem condidit in cælis,
 Quæ porro Columna Academiam capiat:
 Quis color, quæ litera pro dignitate pingat,
 Bonarum mentium nutricem, præstantium ingeniorum altricem?
 Si columnæ deerunt, non deerunt corda,
 Quibus beneficia altius incidantur quam saxis.
 Si deerunt colores, non deerunt affectus,
 Qui vivacius ista, quàm omnes exprimant colores.
 Si deerunt literæ, non deerunt voces,
 Rebus quidem parum commensæ, sed tamen gratæ.
 Licet autem gratitudini, privilegio suo, esse iniquæ,
 Et res non rebus, sed verbis æquare.
 Si aliud non possumus,
 Dantis osculabimur manus & munus.
 Quod loquendo non potest os, fortè tacendo
 melius eloquetur:
 Et beneficia accepta supra eloquentiam dicet esse posita,
 Etiam cum non dicet.
 Gratias majores à silentio petet,
 Quam à facundia.
 Ut autem nobis, gloriolum est gratias beneficiis pares agere voluisse,
 Ita multo est gloriosius vobis, pares agere non potuisse.
 Si qua summo beneficio misceri potest injuria,
 Hanc nobis in summo beneficio fecistis injuriam,
 Quod majora contulistis, quam gratis exsolvi possint;
 Quod effecistis, ut ingrati viveremus & moreremur,
 Quamvis nolentes.

GAUDIUM ACADEMIÆ.



O ET PRÆSIDIVM ET DVLCÈ DECVS MEVM:



Uc Paderana oculos animumque Academia flecte,
 Mira cano; pariunt res nova secla novas.
 Fastidit Phœbum bifidique cacumina montis,
 Nauseat & fontes turba novena suos.
 Montes vestigant alios, saltusque, nemusque,
 Ad fontes properant Padera glauce tuos
 Quem montem quæris? montem ne quære pelasgum
 Grator haud Musis PRINCIPE MONTE locus.
 Mons Princeps aliis Paderanas surgit ad oras
 Celsior; hoc sedem vertice musa locat.
 Quem Phœbum quæris? Phœbo similemve paremve
 Repperias? reperit, credite, Musaparem.
 Res nova, Parnassum sibi quem delegit, eundem
 Et sibi delegit turba novena Ducem,
 Sic Helicon Princeps, sic fit Fernandus Apollo.
 Acclama Phœbo, Musa, Poëta novo,

NUlti intra XLV. annos (quibus stetit) ingenio scientiaq; præstantes viri ex Academia THEODORIANA prodiere; qui Remp. tam Ecclesiasticam; quam Politicam, quantum ornarent, tantum juvarent. In re politicâ innumeros novimus Doctores, qui aut Medicinæ in Physicis, aut jurisprudentiæ in Ethicis istic fundamenta jacerent: novimus ex iis, qui Imperatorum, Regum, Principum moderentur consilia, legationes sapienter obeant, qui jus dicant populo, qui summos magistratus cum dignitate gerant.

In Re verò Ecclesiastica, quis numerum ineat eorum, qui ex Academia profecti Ecclesiam Dei curarent? Quis in urbibus oppidisque Pastores recenscat, in monasteriis religiosos, in templis Cathedralibus Collegiatisve Canonicos & Vicarios, Quis Suffraganeos, Abbates, Prælatos omnes enumeret? Qui stellas cœli, idem Academia nostræ lumina enumerârit. Tot stellis sol deerat; postquam Academia multos edidisset Prænobiles & Illustres, deerat Illustrissimus. Hunc nobis hodierna detexit dies FERDINANDUM Baronem à FURSTENBERG, qui uti olim in Academia literis, sic in Rep. nunc præstaret dignitate. De literis tabula Academicæ Anni 1646. testabuntur, cum studium stadiumq; Philosophicum ingressus, & cum ingeniis non infelicibus congressus, palmam abstulit, omniumque judicium calculis juventutis Academicæ PRINCEPS est proclamatus. De dignitate nihil attinet dicere, ipsa dicit dies, quando, quem privatum olim reverbatur hodie Principem Academia cum tota salutat patria. Fuge ILLUSTRISSE PRINCEPS decus si quod olim ab Academia accepisti, cum sænore hodie reddidisti, quando splendorem ab Academia acceptum reverberas in Academiam, & per se inelytam, multo facis illustriorem, quippe ILLUSTRISSE; & primus ex Academia ILLUSTRISSE, ex gente FURSTENBERGICA secundus. Benè ominor. Primus gentis FURSTENBERGICAE Princeps ædificavit, fundavit Academiam, Secundus temporum injuriâ non parum attritam restaurabit, novis favoribus, splendoribus illustrabit. Credo ego lætari hodie in calis Academicæ fundatorem. F. R. Principem THEODORUM, tum quia ex consanguinitate, tum quia ex Academia sua nepotem videt in suo collocari folio qui quicquid morte occupatus inchoatum reliquit, absolvere, quicquid absolvit tueri velit & conservare.

Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri.

Non minus de posteritate meretur, qui domum ædificat, quam qui factam tectam servat, quid dicam, qui novis accessionibus auget, exornat.

Age DECUS ACADEMIÆ age PRINCEPS ILLUSTRISSE radios collige, splendorem intende, ut quo olim academicogloriabatur Academia, nunc PRINCEPE, nunc MECOENATE, nunc redivivo FUNDATORE & RESTAURATORE uberius lætiusque gloriatur.

FINIS.

C429